

»stitiae retinendae sufficiebat liberum arbitrium , nisi participatione  
»immutabilis boni diuinum adiutorium praebetur.« Et alio in loco  
(8) : »natura humana , inquit , si in illa integritate , in qua condita  
»est , permaneret , nullo modo se ipsam , Creatore suo non adiuuante,  
»seruaret.« Ex Augustini ergo sententia praeter iustitiam et integratatem originalem Deus primo homini etiam adiutorium largitus est , vt  
persecurare in bona voluntate et sanctitate posset. Confirmat id ipsum  
S. Doctor vbi scribit (9) : »tunc ergo dederat homini Deus bonam vo-  
»luntatem ; in illa quippe eum fecerat qui fecerat rectum. Dederat et  
»adiutorium , sine quo in ea non posset permanere , si vellet.« Quibus  
verbis apertissime distinguit Augustinus voluntatem bonam , ac  
originalem rectitudinem ab adiutorio sine quo non , siue possibiliteris ,  
aut sufficientis gratiae.

Ratio quoque , eaque multiplex , accedit. Nam vt habitus actus  
stos exerceant , excitandi illi sunt , et exercendi : ergo primus homo  
aliqua gratiae praemotione et excitatione indigebat , ut caritatis habi-  
tus in actu exiret : non enim satis illi erat conseruatio , et simultaneus caussae prime concursus ; quoniam iste , vt docent Theologi ,  
non caussam mouet ad operandum , sed operantem comitatur , et adiuuatur.

Deinde : quantumuis sanus oculus sit , lucis candore indiget , vt  
videre possit : anima igitur quantumuis recta et sancta sit , superna  
actualis gratiae illustratione eget , vt actus supernaturalium virtutum  
possit exercere. Hoc argumentum tradit Augustinus , vbi scribit (10) :  
»sicut enim oculus corporis etiam plenissime sanus , nisi candore lucis  
»adiutus , non potest cernere ; sic homo etiam perfectissime iustifica-  
»tus , nisi aeterna luce iustitiae diuinitus adiuuetur , recte non potest  
»viuere.«

Hanc vero gratiam actualem primo homini collatam , Theologi nonnulli in sola mentis illustratione constituant. Pro qua Augustinum luculentius disputasse aduersus Pelagianos demonstratum est. Sed con-  
troueritur insuper inter Catholicos , an gratia Christi dilectionem etiam inspiratae praemotione quadam indifferenti , an congrua , an ab intrinseco efficaci , et victrici. Hanc postremam tamquam Sancti Thomae discipuli propugnamus ac defendimus , in quo et Augstinenses consentientes habemus : ita tamen , vt in hoc statu etiam gratiam suf-  
fi-

(8) Epist. cvi. ad Paulinum .

(9) De Corrept. et Grat. cap. II.

(10) In lib. de nat. et grat. cap. xxvi.

ficientem , quae pugnandi et vincendi virtutem dat , sed a duris corde respuitur , contra recentiores haereticos ad seruamus. Atque hoc pacto latissimam nos inter gratiam Conditoris , et Redemptoris inuenimus differentiam , quam Theologi alteri sententes inuenire non possunt ; scilicet , quod in hoc statu gratia praemouet ad hoc vel illud bonum particulae , inspiratque determinatam delectationem ; et haec delectatio nunc effectum consequitur ; et supra carnalem concupiscentiam exercet certamina gloria , et est gratia efficax ; nunc vero a praua cupiditate ipsa vincitur , et oppugnat , et est adiutorium sufficientis. Ex quibus tandem illud eruitur quod gratia primo homini collata erat mentis illuminatio , et voluntatis in bonum inclinatio. At de his fortassis alibi dicemus.

### C A P V T VIII.

*Objectiones in contrarium soluuntur.*

Qui Adamum sine gratia creaturam existimant , sic argumentantur: Apostolus i. ad Corinth. cap. 15. ait : *factus est primus homo in antimam viuentem , nouissimus Adam in spiritum viuificantem* : ex Apostolo igitur Christus in sanctitate et iustitia creatus est , non ita primus homo. Confirmans argumentationem ex eo quod Augustinus vtrit hoc Pauli testimonio (1) , ad probandum , tunc spiritualem Adam esse effectum »quum , ut ipse loquitur , in Paradiso , hoc est , in beata vita constitutus , praeceptum etiam perfectionis accepit , vt verbo Dei consumaretur.« Quin et eos refellit (2) , qui putant primum hominem in sua conditione Spiritum S. accepisse. Ergo et ex Augustini doctrina Adamus sine gratia fuit creatus.

Deinde arguunt : primum hominem in gratia sacrificante non suis se conditum vel illud suadet , quod alias beatior esset ille quam iustus in statu naturae lapsae ; quod falsum omnino est.

Similiter , solam gratiam sufficientem Adamum in eo statu habuisse , Augustinus insuper tradit , ubi scribit (3) : »prima gratia est , quae fit , vt habeat homo iustitiam , si velit.« Adamus ergo poterat huiusmodi habere iustitiam , sed non habuit. Tradit similia passim (4).

Z 2

Con-

(1) In Lib. II. de Gen. contr. Ma-  
nich. cap. 8.

(2) In Lib. quæst. Vet. et Novi  
Testam. quæst. 123.

(3) De Corrept. et grat. cap. 11.

(4) Lib. XII. de Gén. Dei. cap. 9. et  
de Corrept. et grat. cap. 10.

Contra actualem autem gratiam hoc argumento utitur Tourney: Augustinus ait (5): « si iste , qui hunc librum scripsit (loquitur de Pelagio) de illa hominum natura loqueretur , quae primo inculpata , et salua condita est ; vt cumque acceptaretur hoc dicit : « sed Pelagius dixerat , possibilitatem non peccandi esse in arbitrii potestate , nec altam gratiam requiri praeter legem et doctrinam , atque Spiritus Sancti revelationem : igitur homini innocentie minime necessarium auxilium gratiae actualis fuit.

Sed his omnibus facile responderetur : ad 1. Apostolum in eo loco loqui de mortuorum resurrectione ; in qua corpus quod in corruptione seminatur , surget in gloria , et quod seminatur animale , surget spirituale. Est autem Paulus sui ipsius interpres addens. Sed non prius quod spiritale est , ceterum. Ita Augustinus , vbi dicit (6): « in eo ergo quod scriptum est , factus est homo primus in animam viventem , voluit Apostolus intelligi corpus hominis animale. Spiritale autem quodammodo intelligentium esse ostendit , addendo , nouissimum autem Adam in spiritum vivificantem ; proculdubio Christum significans , qui iam ex mortuis ita resurrexit , vt mori deinceps omnino non posset. » Dum itaque ait Apostolus factus est primus homo in animam viventem , ita intelligendum est , vt homo factus sit in corpus animale , vita praeditum , sed natura mortale , quamvis non moriturum , nisi peccasset ; non quod factus sit ille in animam viventem absque divisione gratiae munieribus.

Ad confirmationem vero ex Augustino petiram , omissa allitorum solutione , dicendum : adductam opinionem Augustinum retractasse his verbis (7): « nec illud Apostoli , vbi adhibet testimonium de Genesi » dicens : factus est homo primus Adam in animam viventem , sicut » ille voluit , intellexi. Apostolus enim ad hoc adhibuit illud testimonium , vt probaret , esse corpus animale : ego autem hinc putavi , hoc » esse monstrandum , animalem factum prius hominem , non corpus hominis solum. » Atque de Genesi ad litteram sribens (8): opinionem de homine creato prius animali , postea spiritali , impugnat , Apostoli verba , codem quo nos sensu exponens.

Quod autem additur ex lib. quæst. ver. et noui Testamenti soluit S. Thomas (9) dicens , legi in eodem libro Spiritum Sanctum quodam

mo-

(5) De nat. et grat. cap. 51.

(6) Lib. xiii. de Civit. Dei cap. 23.

(7) Lib. i. Retract. cap. 10.

(8) In iv. capp. 21. 22. 23.

(9) Prima Parte , quæst. xciv, art. 1. ad 2.

modo in Adamo fuisse , quemadmodum in aliis iustis ; non tamen quomodo nunc reperitur in fidelibus , qui vitam aeternam statim post obitum consequuntur.

Ad secundum argumentum responderetur : et quidem ad priorem difficultatem : Adamum maiores in illo statu spem beatitudinis habuisse , quatenus miseriam futuram ignorabat , atque in potestate sua non mori habebat , ac non miserum fieri ; verum quatenus iustis gratia per Iesum Christum datur viuidior spes in homine lapsi reperitur : nam datur et perseverantiae potestas , et perseverandi felicitas. Augustini doctrina haec est (10). Hinc dum ait ille , primam gratiam fuisse , vt homo iustitiam haberet , si vellet ; inter gratiam actualem Conditoris et Redemptoris discrimen declarat , quarum una dat posse , altera dat velle ; vt explicat ipse dicens : « nunc ergo dederat homini bonam voluntatem ; » in illa quippe eum fecerat , qui fecerat rectum. Dederat et adiutorium , sine quo in ea non posset permanere , si vellet. » Et his soluntur reliqua ex Augustino deprompta.

Ultimi solutio hacc est : ex verbis Augustini minime colligi , Pelagianum doctrinam in innocentia statu locum habere. Dogma siquidem Pelagianum de non peccandi possibilitate , loquendo de prima hominis conditione , vt cumque tolerabile est ; nam in prima hominis institutione non erant infirmitas , ac concupiscentia , ad quas superandas necessaria est gratia ex natura sua efficax : unde erat in arbitrio hominis potestas non peccandi expeditor , ac validior , quam nunc sit. Quin et agnouisse Pelagium internam revelationem , licet non absolute , et omnino necessariam sunt qui dicant.

## CAPVT IX.

*Primi hominis immortalitatem gratiae beneficium esse docet. Arvo-  
ris vitae virtutem declarat.*

Ad ami immortalitas donum Creatoris fuit , non naturae proprietas.

Ratum hoc Catholicis omnibus est , potissimum ex Sedi Apostolicae lata damnationis sententia in Michaëlem Baium adserente : « immor- talitas primi hominis non erat gratiae beneficium , sed naturalis con- » di-

(10) Lib. de Correp. et grat. capp. 10. et 11.

»ditio.« Id quod plurima Scripturarum loca edocent , mortem in mundum sola culpa introductam adrestantia. Sapientiae enim l. legitur: *Deus creauit hominem inextirminabilem . . . iniudia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum.* Apostolus etiam scribit ad Rom. v. *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit , et per peccatum mors ; et ita in omnes homines mors pertransiit , in quo omnes peccauerunt.* Et postea, capite scilicet viii. *corpus , inquit , mortuum est propter peccatum ; spiritus autem vivit propter iustificationem.*

Huic quoque dicto decreto passim Augustinus suffragatur , praesertim in libris , quos aduersus Pelagianos edidit. Et in Genesi ad litteram , vbi scribit (1): »ac per hoc mors etiam corporis de peccato est. « Si ergo non peccasset Adam , nec corpore moreretur: ideoque immortale haberet et corpus.« Scripsérat autem supra (2): »et mortale secundum aliam , et immortale secundum aliam caussam dici poterat; id est mortale , quia poterat mori , immortale , quia poterat non moriri. Aliud est enim non posse mori , sicut quasdam creaturas immortales creauit Deus; aliud est posse non mori , secundum quem mundum primus creatus est homo immortalis: quod ei praestabatur de ligno vitae , non de constitutione naturae; a quo ligno separatus est, cum peccasset , ut posset mori , qui nisi peccasset , posset non mori. Mortalis ergo erat conditio corporis animalis , immortalis autem beneficio conditoris.« In libris quoque de Ciuitate Dei haec habet (3): »vnde constat inter Christianos veraciter renentes catholicam fidem, metiam ipsam nobis corporis mortem non lege naturae , quia nullam mortem homini Deus fecit , sed merito inflictam esse peccati; quoniam peccatum vindicans Deus dixit homini , in quo tunc omnes eramus , terra es , et in terram ibis.« Ex Augustino deprompsit Thomas quod in Summa tradit (4), scilicet : »corpus hominis ante peccatum immortale fuisse , non per naturam , sed per gratiae donum.«

Accedit ratio theologica: quum enim ex elementis humanum corpus compactum sit ac coagmentatum; in corruptionem , dissolutiō nemque tendere ex natura ipsa habebat , qualitatibus contrariis ducenib⁹: ergo ne hoc fieret conseruandum huiusmodi elementorum temperamentum absque pugna erat; quod naturalem ipsius humani corporis conditionem excedebat.

Quae

(1) Lib. vi. cap. 22.

(2) Cap. 20.

(3) Lib. xiiii. cap. 15.

(4) Prima Parte, quaest. XLIV. art. 5. ad 1.

Quae vero primi hominis immortalitas? Duo in hac adsignanda cauere opinionum errata , non minus inuicem , quam Catholicae fidei in medio positae contraria, Petauius moneret (5). Prius eorum est , inquit, qui cum Pelagianis arbitrantur , Adamum , eiusque posteros , etiamsi non peccassent , mortem nihilominus fuisse obituros. Ita sentire quodam Hebraeos narrat Iohannes Mercerus , quibus ei ipse subscribit dicens (6): »alii moriturum quidem cum fuisse , inquiunt , cum esset compositus , et cum comedaret , et biberet: id quod et nostri sequuntur.« Cec. Et paullo post : »mors ei molesta non fuisset , nec irae Dei signum ex peccato , ut hodie; sed dulcis quedam , et suavis animae a corpore separatio , vel commutatio potius et translatio in solidissima , et a eterna gaudia.« In quo illi etiam a Caluino suo contradicunt , qui eundem Genesios locum interpretando , ait: »terrena vita illi fuisse temporalis , in coelum tamen sine interitu , et illaesus missus grasset.«

Ex aduerso , addit Petauius , alif eiusmodi statum immortalitatis Adamo tribuunt , qualem Christus in corpore post resurrectionem habuit , et sancti omnes in fine rerum adepti sunt. Meminit opinionis istius Augustinus , vbi (7) de ea quaestione disserit , ecquid Adamus animale corpus haberet , an spiritale , cuiusmodi post resurrectionem futurum est. Ac spiritale fuisse corpus illius inde videri posse , dicit , quod intelligi vix potest , quomodo renouemur post resurrectionem , »si non ad hoc per Christum renouamur , quod in Adam prius eramus.« Quare nisi immortalitatem Adamus haberet , et perdiderit ; dici non possumus ab eo statu , in quo nunc sumus , qui mortalis est , reuocari ad pristinum , qualis in Adamo extitit. Quomodo vero perdidit immortalitatem , si corpus habuit animale? Ideo nonnullos ait , existimasse prius hominem fuisse corporis animalis , sed dum in Para diso constitutus est , cum fuisse mutatum , sicut nos quoque resurrectione mutabimur.

Verum hac opinione repudiata , quaenam ipsius fuerit sententia Augustinus dilucide expressit in proximo sequenti capite. Itaque et immortale fuisse Adae corpus , et tamen animale , non spiritale , Augustinus docet ibi. Cui quidem consonat S. Thomas scribens (8): quidam dici potest incorruptibile , siue indissolubile , primo , quod est

om-

(5) Theof. Dog. de Opific. sex dic-  
rum lib. II. cap. 6.

(6) Comment. in Gen. II. 17.

(7) In vi. de Gen. ad litt. cap. 20.

(8) Prima Parte, quaest. XLVI. art. 1.

omnino materiei experts, vt Angelus, hocque dicitur, *sunt* natura incorrumpibile; secundo quod etsi naturaliter dissoluble, quadam tamen dispositione affectum est, quae omnem ab eo dissolutionem remouer, seu corruptionem, hocque incorruptibile dicitur secundum gloriam, de quo Augustinus Epist. lvi. ad Diocorum ait: „tanta potentia natura „Deus fecit animam ut ex eius beatitudine redundet in corpus plenitudo sanitatis et corruptionis vigor.“ Tertio denum incorruptibile quidquam dicitur ex parte causae efficientis, sicutque fuisse homo in statu innocentiae incorruptibilis et immortalis: neque enim in eius corpore inerat immortalitatis vigor, quo fieret indissolubile, sed in anima virtus quaedam Deo supra naturae vires illi attributa, qua poterat corpus cuiusque corruptionis experts seruare, quandiu fuisse illa subiecta Deo: quod sapientissime factum est: quum enim anima materiei corporeae longe praestet, decuit eam in principio virtute donari, qua conseruare corpus posset supra materiei corporeae naturam et conditionem.

Nulla ergo cibi necessitas, nullus vsus in felicissimo innocentiae statu fuisse. „Remota enim vita corruptibili, ut scire S. Thomas ait (9), necesse est ea remouere, quae corruptibili vitae deseruunt; manifestum est autem, quod ciborum vsus corruptibili vitae deseruit; ad hoc enim cibos assumimus, ut corruptio vitetur, quae posset accidere ex consumptione naturalis humidi.“

At inquit aliqui; quorsum Deus primis hominibus dixit Gen. i, „ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semem super terram, et vniuersa ligna, quae habent in semetipsis sementem generis sui, ut sint vobis in escam.“ Rursumque Gen. ii. „Ex omni ligno Paradisi comedete.“ Si enim haec omnia primis parentibus in cibum a Deo parata erant; esca vtique tunc illi egebant neque immortales erant: „quomodo enim, vt Augustinus loquitur (10), immortale corpus habebat, quod cibo sustentabatur? Immortale enim non egit esca, neque potu.“ Sed haec quæstionem, qua pollet perspicuitate dirimit S. Thomas, vbi supra (11), dicens, hominis in statu innocentiae vitam fuisse animalem, quae cibis opus habebat, post resurrectionem vero futuram spiritualem, quae nullo egebant cibis; anima enim hominis, et anima et spiritus est; anima est, et dicitur, quatenus corpori vitam dat; quare Gen. ii. legitur: *factus est homo in animam viventem: spiritus vero dicitur qua-*

(9) IV. contr. Gent. cap. 83.

(10) In lib. quæst. vcc. et nov. Te.

stam. quæst. 19.

(11) Ad tert.

quatenus virtute intelligendi pollet materiei omnino experte. In statu itaque innocentiae anima hominis communicabat corpori quod sibi aliisque animalibus est commune, vitam nempe, quare et corpus illud animale dicebatur, id est, ab anima vitam habens. Quum autem, vt Philosophus ait (12), in his inferioribus primum vitae principium sit anima vegetans, cuius propria opera sunt aliemento vti, procreare, et augeri; haec et homini in primo statu opera conueniebant. In ultimo vero statu post resurrectionem communicabit quodammodo anima corpori quod peculiare habet et proprium, ut Spiritus est, omnibus quidem immortalitatem, bonis autem impossibilitatem, et virtutem, et gloriam: quare horum corpus spirituale dicitur ab Apostolo: nulla ergo post resurrectionem cibi necessitas, quo tamen egebant homines in statu innocentiae.

Haec tamen cum his componi non posse videntur, quae idem S. Doctor adducto loco adexit, a statu scilicet innocentiae absuisse longe nedum mortem, sed et passionem quamlibet. Etenim eo est homini cibus necessarius, quod de ipsis substantia quotidie aliquid decedit: jde corpore autem Adami, indissolubili, nimirum, et incorruptibili, quae fieri decessio poterat? Quo igitur cibis egebant? Nonne et cibus necessarius nobis est ad vitae conservationem? Nonne autem primo homini sat erat ad vitandam mortem non peccare, sicut et ad conseruandam perpetuo vitam? Cibis quoque necessario vtinur nutrimenti gratia; nequit autem sine passione aliqua nutritio fieri: quum ergo nihil in innocentiae statu corpus hominis pati posset; nec nutriti poterat. Non ergo cibis opus habuisset, quos ad homines nutriendos parauit natura. Denique si tunc ciborum vsus fuisse, et necessario egerenda fuissent subsidentia et redundantia purgamenta, quae, quum terti ali quid habuissent, grauia illa, et incommoda sensibus essent. Dignitatem vero primi hominis haec omnia decere videntur: quare concludendum, quod si perstisset felix innocentiae status; nullus futurus tunc fuisse ciborum vsus.

Nihil horum tamen adductae doctrinae incommodat. Quid enim si tunc erat hominis corpus immortale? Quum illius immortalitas non esset a dispositione aliqua, respondet Angelicus Doctor, qua corpus ipsum esset affectum, sed a supernaturali quadam vi animae communicata; poterat quidquam, de corporis humido caloris actione derperi, quare, ne omnino consumaretur, ciborum vsu homini erat sub-

Tom. II.

Aa

ue-

(12) Lib. ii. de anima text. 54. et 49.

ueniendum. Quid etiam si non mori homo poterat, modo non peccaret? Peccasset vtique, si cibo sibi non subuenisset, respondet idem S. Doctor, sicut peccauit lignum vetitum edens: nam simul ei praecauptum fuerat, vt a ligno scientiae boni et mali abstineret, alioque omni paradisi ligno vesceretur. Ersi autem nutritionem passio quedam comitetur, ea tamen corporis non est quod nutritur, sed aliamenti, quod in substantiam eius quod alitur, transmutatur. Quamquam etsi daremus, et corpus quod cibo alitur, pati, non dede-  
cuisset passio huiusmodi statum illum, quippe quae ad naturae perfectionem pertinet; sola enim a felici illo statu passio ea procul elicienda esset, quae corpus a naturali sua dispositione remouet, estque corpori incomoda, et nocens; non vero passio, quae ad naturae bonum ordinatur, eiusque perfectionem promouet, vt sentire, dormire, cet.

Ad ultimum autem quid dicendum? Num quod visum non paucis fuit, in statu, nempe illo, hominem tanto solum vsuram fuisse cibo, quanto habuisset opus, quare nihil tunc redundans fuisse, et superfluum, quod emitteretur? Sentimus et nos, temperissimum tunc futurum fuisse ciborum usum, nec homines gulae, sed vni naturae necessitatibus inseruituros. Quid porro? Irrationabile videtur, ait S. Thomas, quod in cibo assumpto, non es-  
ser aliquia faeculentia, non apta vt conuerteretur in hominis nu-  
trimentum; unde oportuisset, superfluitates emitti: tamen diuinitus  
provisum fuisse, vt nulla in hoc indecentia esset.

Quum autem inter ligna in cibum hominis adtributa, *lignum vitae* a Mose speciatim memoretur Gen. ii. his verbis: *produxitque Dominus Deus de humo omne lignum, pulchrum visu, et ad ves- scendum suave, lignum etiam vita eae, in medio Paradisi*; quæri iam consuevit, quac ligni huius natura, quac virtus, quis usus fuerit: atque fuisse lignum illud vere corporeum, et Augustini auctoritas praeprimis, et ex ea ducta theologica ratio suadent. Scribit enim S. Doctor contra Julianum (13): *sed ego eum eis sentio, qui sicut illud, quod dictum est, masculum et foeminam fecit eos, et benedixit illos Deus dicens, crescete, et multiplicamini, et replete terram, secundum sensum corporalem, atque conspicuum intellegunt dictum; ita etiam quod paulo post sequitur, ecce dedi vobis omnem foenum satium, seminans semen, quod est super om-*

(13) Lib. iv. cap. 14.

*omnem terram, et omne lignum quod habet in se fructum semi- nis satiui, vobis erit in escam . . . non alter accipiunt, nisi quia ille vterque sexus his alimentis, quibus et animalia cetera, corporaliter vtebatur, et habebat ex hoc victu sustentaculum con- gruum, licet modo quadam immortali, tamen animali corpori necessarium, ne indigentia laederetur, de ligno autem vitae, ne senectute perduceretur ad mortem.* Ex quibus hoc theologicum de-  
promittit argumentum: verba versus vicesimi septimi capituli primi Genesios, nimurum, *crescite et multiplicamini, et replete terram, accipienda sunt proprie ac litteraliter: ergo et quae versu proximo sequuntur, scilicet, ecce dedi vobis omnem herbam afferentem se- men super terram, et vniuersa ligna, quae habent in semetipsis se- mentem generis sui, vt sint vobis in escam.*

Ad ligni deinde virtutem quod adtinet, innatam illi, et natu- ralem fuisse existimant, praeter Veteres quamplurimos, recentiores etiam Scripturae sacrae Interpretes, hac ratione duci, quod ciuiens Dominus Adamum de Paradiso Gen. iii. dixerit: *ne forte mittat manum suam, et sumat etiam de ligno vitae, et comedat, et viuat in aeternum.* Rectius tamen, veriusque Augustinus ex mirabili Dei gratia, occultam quandam in arbore salubritatem repetit. Haec enim tradit in Genesim scribens (14): *illud quoque addo, quanquam corporalem cibum, talem tamen illum arborem praestitisse, quo corpus hominis sanitate stabili firmaretur, non sicut ex alio cibo, sed inspiratione salubritatis occultae.* Et in libris de Civitate Dei (15): *licet morituri non essent, nisi peccasset, ali- mentis tamen vt homines vtebantur, nondum spiritualia, sed ad- huc animalia terrena corpora gestantes, quae licet senio non ve- terascerent, vt necessitate perducerentur ad mortem, (qui status eis de ligno vitae, quod in medio Paradisi cum arbore vetita simul erat, mirabili Dei gratia praestabatur) tamen et alias sumebant cibos praeter vnam arborem, quae fuerat interdicta . . . Ale- bantur ergo aliis, quae sumebant, ne animalia corpora molestiae aliquid esuriendo ac sitiendo sentirent, de ligno autem vitae pro- preta gasterbatur, ne mors eis vndeque subreperet, vel senectute confecta decursus temporum spatis interirent.*

Hoc exponit quoque S. Thomas (16), atque distinguit, quo no-  
AA 2 na-

(14) Lib. viii. de Gen. ad litt. cap. 5.

(15) Lib. xiii. cap. 20.

(16) Quaest. cit. art. 4.

mine aliorum ciborum vsu , et quo ligni vitae homo ad sui conseruationem opus haberet , dicens , duo in primo statu homini parata fuisse remedia , quorum vsu duobus defectibus subueniret ; primo enim , quem caloris naturalis actione humidum absumatur , aliorum paradisi lignorum vsu huic defectui subueniebatur , vt et nunc nobis ciborum ope , quos sumimus . Secundo , quia , vt Philosophus ait (17) , quod ex quopiam extraneo gignitur , additum ei , quod prius inerat , speciei virtutem minuit , sicut aqua viro adjuncta , primo quidem vini saporem induit , largius tamen adiecta eius virtutem eneruat , et tandem conficit ; quare et quotidiano experimento compertrum est , speciei virtutem adeo ab initio valentem esse , vt tantum possit alimenti conuertere , quantum satis est , non ad deperditu instauracionem solum , sed etiam ad incrementum . Exin , quod additur tantum virium habet , vt corpus nutriat , non vt augeat . Confecta demum acetate , nec hoc potest , hincorporis imbecillitas , ac tandem dissolutio consequitur . Ad hoc autem malum in primo statu arcendum ab homine Deus lignum vitae in paradiiso planit , cui adtribuerat , vt speciei virutem confirmaret , debilitatemque depelleret , quae permixtionem extranei consequebatur , sicut et Augustinus ait (18) , „cibus aderat homini ne esuriret , potus ne „sistiret , et lignum vitae ne senectus eum dissolueret .“ Et alio in loco (19) : „vitae arbor medicinae modo corruptionem hominum prohibebat .“ Animaduertit tamen Doctor Angelicus , ligni vitas usum immortalitatem simpliciter et absolute , (sic enim loqui amant) adferre homini non potuisse : nam neque virtus , qua conseruare corpus anima poterat , a ligno vitae erat , neque hoc poterat eam immortalitatis dispositionem corpori praestare , quae dissolutionem ab eo perpetuo remoueret ; cuiusque enim corporis virtus finita est : nec ergo ligni vsu fieri poterat , vt corpus infinito duraret tempore , sed finito , quo tandem euolutio , vel ad spiritualem vitam translatus homo fuisset , vel ad producendam ultra animalem vitam nouo eiusdem ligni esu opus habuisset .

CA-

(17) Lib. i. de generat. text. 34. et 39.  
(18) Lib. xiv. de Ciuit. Dei cap. 26.

(19) Lib. Quaest. vet. et nov. Testam. q. xix.

## CAP VT X.

*De conseruandae speciei modo , si felix innocentiae status persistet . Veterum sententiae referuntur .*

Filiorum propagatio fuisset etiam in innocentiae statu per coniugalem copulam .

Demonstrant hanc assertionem Scripturae , atque Patrum testimonia . Deus enim quum hominem condidit , masculum et foeminam fecit eos , et benedixit eis dicens , crescite , et multiplicamini , et replete terram , quemadmodum quum pisces , volvresque produxit , eisdem benedixit , dicens , crescite , et multiplicamini , et replete aquas maris , et aues multiplicentur super terram : igitur quemadmodum iussit , pisces , auesque multiplicari , sic iussit et multiplicari genus hominum . At absque noua generatione id consequi non posset , quum duo tantum a Deo fuissent primo instituti . Ait autem Augustinus (1) : „quisquis . . . dicit non fuisse coituros , nec generaturos , nisi peccasset , quid dicit , nisi propter numerositatem , sanctorum necessarium fuisse hominis peccatum ?“ Et alibi (2) : „mulierem viro , Ambrosius , non nisi generandi causa perhibet institutam . Haec enim sunt verba eius in lib. de Paradiiso . Si igitur viro culpas auctor est mulier , quemadmodum pro bono videtur adiecta ? Verum si consideres quia Deo vniuersitatis est cura ; inuenies , plus placere Domino debuisse id , in quo esset causa vniuersitatis , quam condemnandum fuisse illud , in quo esset causa peccati . Ideo quia ex viro solo non poterat humani esse generis propagatio , pronuntiauit Dominus , non esse bonum , hominem esse solum .“ Demum , locum illum Genesis exponens , quo mulier viri adiutorium nominatur , inquit (3) : „si autem queritur ad quam rem fieri oportuerit hoc adiutorium , nihil aliud probabiliter occurrit , quam propter filios procreandos , sicut adiutorium semini terra est , vt virgultum ex viroque nascatur .“ Quod si a statu illo defuissest hominum propagatio , ac generatio , „peccatum hominis

„fuis-

(1) Lib. xiv. de Ciuit. Dei cap. 23.

(2) Lib. ii. contr. Julian. cap. 7.

(3) Lib. ix. de Gen. ad litt. cap. 3.

„fuisset valde necessarium, ex quo tantum bonum (humani videlicet generis procreatio) consequutum est.“ Vt ait D. Thomas (4).

Sie ergo Scripturae sensus perpendatur, sive grauissima Augustini, et Thomae auctoritas consulatur, apertissime liquet, foeminae virique coniugium ad societatem, et propagationem prolis fuisse primitus institutum, et ad naturae conditionem, non ad peccatum statum foecunditatem pertinet. Quod et ratio ipsa insuper firmat. Neque enim homini deneganda foecunditas videtur, quae ab auctore rerum ceteris animantibus fuit concessa.

Foedum tamen hoc adeo, tamque indecorum Veterum nonnullis visum est, vt memorat S. Thomas (5); vt colutum ab illo statu quam longe ablegarint. Nyssenus vnuis est, qui tunc multiplicandos homines aiebat, non secus ac Angeli multiplicantur (6); seu sola diuinae virtutis operatione absque concubitu (7). Addens, Deum, quum ab initio creaturae masculum et foeminam fecit eos, non innocentiae statum, sed generationis modum, qui post peccatum, quod certissime praesciebat, futurus erat, propositum habuisse. Quam Nysseni opinionem minus cum diuini eloquii veritate congruer, tanti Doctoris pace et venia dictum sit: minus etiam cum ratione ipsa cohaerere Doctor Angelicus nobis auctor est (8). Quid sibi enim voluit Deus, quum Gen. ii. ait: „non est bonum, hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi?“ Cuius enim operis gratia hoc homini addendum adiutorium censuit? Nonne solius rei vxoriae gratia? Nam ad alia quaelibet opera melius, aptiusque adiuvari vir potuisse ab alio viro, quam a muliere: quum ergo foeminam mari Deus in eo statu innocentiae adiutricem dederit; intelligere pat est, eundem et tunc futurum viro fuisse foeminas vsum ad sobolis procreationem, qui nunc est.

Deinde: quae naturalia sunt, ratione suadente, peccato neque auferuntur, neque adiiciuntur. Si igitur homo ante culpam animalem vitam agebat, cuius naturale opus generate per commixtionem est; quid prohibet id in eo statu adserere? Nyssenum itaque superaddit Doctor Angelicus, aliosque in hanc minus congruentem opinionem impulit, quod non secerentes quod in re vxoria naturae est, ab eo quod viti est, illam a statu innocentiae ablegarunt, quod eius

(4) Prima parte, quæst. xcviij. art. i.

(7) In lib. de homine cap. 18.

(5) Art. ii.

(8) Vbi supra.

(6) Lib. viii. de Prouid. cap. 3.

eius usus deformitatem ac turpitudinem post peccatum habeat: in hoc tamen peccarunt illi, nam vt Augustinus loquitur (9), „ab- sit ut suspicemur, non potuisse prolem fieri sine libidinis morbo; sed eo voluntatis nutu mouerent illa membra, quo cetera, et sine ardore, et illecebrosu stimulo cum tranquilitate animi, et corporis.“ Haec circa Nysseni opinionem.

At Damascenus aliud est, qui etiam ait (10): *fuisse hominem in Paradiso terrestri velut Angelum quandam*; nullam proinde ibi fuisse carnalem maris cum foemina consuetudinem; nam et in futuro resurrectionis statu, in quo *erunt homines sicut Angeli Dei, neque nubent, neque nubentur* vt Christus ait Math. xxii: præsertim quum non in alio plus bestiis fiat similis.

Omne tamen quam haec adferre videntur difficultatem dissolvit D. Thomas ibidem. Erat quippe, inquit, primus homo in paradiiso velut Angelus quodam quoq; spiritualem mentem, corpore tamen animalem vitam agebat; post resurrectionem vero erit homo Angelorum similis, non mente solum, sed et corpore spiritualis effetus, quemadmodum i. ad Corinth. docet Apostolus dicens *semianatur corpus animale, resurgent corpus spiritale*. Si ergo primi hominis corpus in Paradiiso animale erat, animalis item vita; cur ron et naturae operi vacasset? Neque tamen bestiis similis fuisse; nihil enim in eo statu fuisse quod ratione non moderaretur, vt fuso calamo S. Doctor declaras (11). Quibus et alia diluuntur, quae ex aliquo Patrum dictis transcribi solent.

Modo ad ea argumenta veniamus quae ratio offert. Sunt huiusmodi in vnum collecta: huiusmodi filiorum propagatio in innocentiae statu præsertim coniunctione gignentum facta, nec filiorum conditio, neque generantur aeras, ac constitutio, nec tandem eiusdem generationis natura ferunt. Etenim quoniam statu filii ex materno vtero fuissent in lucem editi? Si robusta virtute, et corpore perfecto; non essent pueri ab hominibus progeniti huiusc naturæ. Si vero exiguo corpore; membrisque infantilibus; obnoxii illi innimeris calamitatibus fuissent, et bestiis deteriores. Generantes deinde, si adulti et virili actate fuerunt producti, et institutæ naturæ conueniens erat prolis consimilis generatio, quid caussæ fuit, vt ante prævaricationem liberis procreandis non darent operam? Denique

ge-

(9) Lib. xiv. de Ciuit. Dei cap. 16. (11) Vbi supra.

(10) Lib. ii. de fide ortod. cap. 11.

generatio ipsa et libidine perficitur, et imperfectiones defectusque inuoluit illi statu repugnantes.

Sed respondetur breuiter, neutiquam haec incommoda sequi. Quod enim ad filiorum conditionem adtinet, sic lepidissime soluit Augustinus (12): "proper vteri capacitatem fortasse necesse fuerit parvulos nasci, quamvis cum exigua sit pars corporis costa, non tamen proper hoc Deus parvulum viro coniugem fecit, quam aedificauit in mulierem; vnde et eius filios poterat omnipotentia "Creatoris mox editos grandes protinus facere. Sed vt hoc omittam, poterat certo, quod multis etiam pecoribus praestitit, quorum pulli, quamvis sint parvuli, neque accendentibus corporis incrementis etiam mente proficiant, quoniam rationalem animam non habent, tamen etiam minutissimi et currunt, et matres agnoscent, "nec sugendis vberibus cura, et ope admoventur aliena :: contra homini nato, nec ad incessum pedes idonei, nec manus saltem ad scalpendum habiles, et nisi ope nutrientis admotis labris pupillae vberis ingerantur, nec vbi sint sentiunt. . . . Proinde infirmati mentis congruit haec omnino infirmitas corporis. Haec Augustinus.

Ad generantium autem conditionem venientes illud reponimus, quod ipse Augustinus reponebat (13), scilicet, eos non statim ad genus suum propagandum sese adducisse, vel quia mox creata muliere, facta est transgressio illa, ob quam in mortem destinati etiam de loco illo voluptratis exierunt; vel quia nondum Deus iusserat ut coirent; ideo vero non iusserat, quia sciebat et illorum casum, vnde iam mortale genus propagandum foret.

Denique de generationis natura, et libidine, ac corruptione in ea importata, praeter ea quae supra dicta sunt, haec sit eiusdem Augustini responsio (14): "zcut . . . non creditis, hominibus in paradyso constitutis ante peccatum diuinitus potuisse concedi, vt tranquilla motione, vel commixtione membrorum sine vlla libidine filios procrearent, aut in eis saltem libido talis esset, cuius motus nec praecederet, nec excederet voluntatem? At de rebus loquimur (verba sunt Augustini) nunc pudendis, et ideo quamvis antequam earum puderer, quales esse potuissent, coniiciamus. . . . vt possimus; tamen necesse est ut nostra disputatio magis frauenetur ea, quae

"nos

(12) In lib. I. de peccat. merit. capp. 37, et 38.

(13) Lib. ix. de Gen. ad litt. cap. 3.

(14) Lib. cont. Julianum iv. cap. 5.

"nos reuocat verecundia, quam eloquentia, quae nobis parum suspetit, adiuuetur."

### CAP V T XI.

*De loco in quo primi parentes collocati sunt. Multiplex de illo resolutur quaestio.*

Paradisus voluptatis locus erat sensibilis, et corporeus, in orbe terrarum situs.

In qua mundi plaga constiterit, supersitne, an deletus fuerit, incertum prorsus, et ab hominum cognitione remotissimum.

Certa omnibus ac rata prior propositio est aduersus Philonem et Origenem. Eam enim probant Scripturæ ipsae, locum in quo Deus primos parentes locauerat, describentes verbis Gen. i.: "plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptratis a principio; in quo posuit hominem quem formauerat. Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, et ad vescendum suave: "cet. Quae certe Paradisum et sensibilem, et oculis adspectabilem fuisse locum innunt, et proprium litterae sensum necessario postulan. Nam verbis illis, et lignum sensibilius adspectabile, et fructum qui vere possit manducari demonstratur; quod tertio rursus capite significatur, vbi dicitur: "vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, et pulchrum oculis, adspectuque delectabile; et tulit de fructu illius et comedit: " adeo vt rebus his secundum metaphoram dumtaxat accepisset, Ecclesiæ fides exideret erga primi parentis peccatum.

Similiter et Fluminum e Paradyso egredientium ibidem facra descriptio sensum litteralem exposulat. Horum enim duo suis etiam hodie cognoscuntur nominibus, nempe Tigris, et Euphrates; alia duo, Phison, et Gehon, pro Gange, et Nilo a nonnullis accipiuntur.

Quid vero de hoc argumento Patrum traditio? Chrysostomus est, qui in Genesim scribens (1) dicit: "idcirco nomen loci Script. Tom. II.

Bb

"ptu-

(1) Homil. xii.

»pturis inseruit beatus Moses, vt non licet nugari volentibus imponere simpliciorum auribus, et dicere nullum esse in terra paradisum.« Basilius enim scribit (2): »proditum memoriae est, quo sit loco plantatus,« cet. Et Epiphanius (3): »si non est Paradisus sensibilis, non est fons, non est ficus, non folia, non comedit Eva, sed iam fabula est.« Augustinus item (4): »Paradisus, inquit, nihil aliud quam locus quidam intelligatur, terra scilicet, vbi habitauit homo terrenus.«

Suffragatur ratio: quid enim est quod cogat Paradisum spiritu-liter dumtaxat accipere? Non sacrarum litterarum contextus; hic enim potius exigit hoc eum sensu accipere, vt supra dicebamus: non repugnantia, vel contradicatio aliqua inde sequuta: nam e contrario sequeretur, eaque multiplex, si non sic paradisum acciperemus.

Atque quum Paradisum locum quendam corporeum, atque sensibilem esse in orbe terrarum situm constituerimus; illorum opinionem quoque confutauimus, qui Paradisum non locum aliquem particularem existimant, sed eo nomine terram vniuersam floribus et arboribus in prima sui creatione consitam intelligi fabulantur: quam praeterea et haec oppugnat. Falso a Mose dictum, si vera sunt quae dicunt, Paradisus in Oriente situm esse; quum terra aequa ad Orientem, Occidentem, Aquilonem, atque Meridiem diffundatur: falso etiam Adamum e loco in quo fuerat conditus, in Paradisum adiuctum fuisse, ab eodemque postea electum: quan et terrae globo Adamus elici fingendus est? Falso praeterea, positum a Deo Cherubinum, post Adami electionem, vt a Paradiſi ingressu mortales arceret procul: possunt enim a terrarum orbe homines arceri? Falsa tandem cetera quae ibidem memorat: adeo vt mente captus sit oporteat, qui hanc sententiam pertinaciter propugnauerit, Scripturarum litera neglecta.

Propositionis autem secundae non aliae robustiores adduci a nobis probations poterunt, quam variae Sapientum sententiae, variae etiam et infirmae eorumdem argumentationes. Itaque ex sententiis erga terrestris paradisi situm nonnullae commentitiae prorsus sunt, et ab hominum fide abhorrent; aliae vero, licet fidei humanae non repugnant, solis tamen coniecturis sunt innixae. Inter primas locum prin-

(2) Hom. de Parad.  
(3) In Anchor. cap. 54.

(4) Lib. viii. de Gen. ad litt. cap. i.

principem eorum opinio meretur, quos Moses Barcepha scribit (5), paradisum trans Oceanum collocasse; terrarum enim orbem in tres circulos, quorum aliis alio maior esset, partiti, minimo omnium continentem, sive hanc habitabilem terram concluserunt, medium Oceanum, a quo vniuersa ambitum terra, posuerunt; in tertio demum omnium amplissimo paradisum constituerunt, ita vt terram nostram Oceanus, hunc vero paradisus circundet. At electi inde post culpam primi parentes, quo migrare potuerunt? Interiebat sicuti dem oceanus profundissimus. Fixere autem huius opinionis auctoribus, parentes primos adeo procerae fuisse statura, vt pedibus oceanum transmittere nullo negotio possent, et in terram habitabilem deuenire. Sed insula haec adeo sunt, vt ne annicula quidem aestuare ciuismodi credatur.

Paulo minus inepta censenda Rabbanii, et Arabi commentatio, quos S. Thomas memorat, paradisum scilicet in tam sublimi loco posuisse, vt ad ipsum Lunae orbem adsurgeret, quam commen-tationem, quae fuit et Bedae, idem D. Thomas validissime refutat.

Minus futiliter alii in Damascena Prouincia, alii in Palestina circa Iordanem, alii in altissimi montis vertice sub linea aequinoctiali hunc paradisum collocant. Suidas in Lybia, quidam in Ceylan Indiae Orientalis insula, nonnulli in Malacitana Prouincia, quae Indianarum peninsula est, in Sinenium imperio alii, alii in Serica, quae Tartarorum Metropolis fertur; Maluenda in Orientali india, in Syria Beroaldus et Clericus; Pererius, Salianus, ac Torniellus iis in regionibus, quas Euphrates, et Tygris praeterlabuntur; Grotius in Babilonica Prouincia locum Paradiso adsignant. Huetius insuper, qui quaestione hanc adcuratissime excusset, librumque de ea edidit, situm Paradisi designat inter locum, in quo Euphrates, et Tygris coeunt, ac locum in quo disiunguntur iterum, priusquam in sinum Persicum influant. Natali Alexandro (6) probabilior eorum sententia videtur, qui Paradisum terrestrem locant in Armenia, vel in Mesopotamia, aut in Mesopotamiae limite circa Babilonium, vbi Euphrates et Tygris alueos iungunt. Ioann. Laurentius Berri (7) in Pisana Academia antecessor, omnium quae de Paradisi siti feruntur probabilissimam habet Augustinensis Cosmographi Augustini Lubini opinionem, qui in suis geographicis tabulis Paradisum collocat in

(5) In lib. de Parad. cap. 9.

(6) Hist. Eccl. Tom. v. Dissert. 2. (7) Lib. xi. cap. 4. prop. 2.

peramoena planite super altissimos Ararat in Armenia montes, eodemque in loco, vbi post diluvium Arcam Noe requieuisse Moses tradidit: cui quidem sententiae proxime accessisse Calmetum, Bertius etiam purat. Verum Bertius is est, qui postquam argumenta in medium produxit, quibus sui Lubini probabiliorem sententiam euincere posse existimat, aperto ore fatetur, nec ea quidem plane certa esse.

Quae vero Huetii, aliorumque cum eo sentientium momenta? Ecce illa. I: verba illa Geneseos: *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum*, significant, fluuium ex Provincia Eden in Paradisum profluxisse; vocis illius *egrediebatur* proprietate adtra, siue Latine, siue Graece, siue Hebraice accipiat: nam ea cursus quoquo modo significat, non fontem. II: vox *Mikadem*, quae tempus et locum significat, idest, in principio, et ad Orientem, et illud probat, Paradisum scilicet ad Orientem respectu Arabiae fuisse.

Ad haec autem dicimus: ad primum in Paradiſo ipso fontem fuisse uberrimis profluente aquis, quibus hortus irrigatus fuit; aquam vero diuersas Paradiſi partes subiisse, atque ex eius scatreibunge quatuor flumina promanasse: quae dumtaxat extra Paradiſum diuisa Scriptura narrat. Fons autem ille diluvii tempore forte desperitus fuit: vnde legimus, quod egrediebatur, velut a priore scaturigine, velut de fluente. Quibus et aquarum cursus in Paradiſo, et ex aquis quatuor fluminum scaturigo aptissime conciliantur.

Pro secundo soluendo concedendum est, Hebraicam illam vocem saepenimo plagam Orientalem significare; sed Armenia Arabiae Pe- trae Orientalis dicitur, quamquam ad Aquilonem paullulum versens; quin potius a latere Orientis, quam in Oriente vox ea significat, vel ipso Huetio fatente (8). Atque si Graecarum, ac Latinarum versionum auctoritas potissimum perpendatur, vertenda illa est, a principio. Haec pro Huetii momentis; cetera enim obuiam habent in Scripturibus solutionem; atque fortassis singulorum placitis adcommodari possunt.

Neque difficiliora soluta sunt, quae ii producunt, qui Paradiſum in India constitutum arbitrantur. Aint enim: Regionem hanc Orientalem esse respectu vniuersae terrae: in ea deinde optimum aurum adiueniri: Phisonem tandem praecipuum Paradiſi flumum omnium veterum testimonio Gangem esse, in India situm. Quid

ta-

(8) Cap. III.

tamen ex his? Litterae Sacrae omnes Palestinae provincias *Oriens* appellant, nempe, Arabiam, Persidem, Mediam, reliquas. Aurum apud Indos, sed non apud eos tantum, in magna inuenitur copia, nam adiuuenit quoque purissimum in Colchide. Patres vero quum Ganges Phison nuncuparunt, propter aquarum vberatem ita nuncuparunt abs dubio; nimis enim Ganges a Tygride, et Euphrate distat, vt ex uno eodemque fonte possit emanare.

Ergo momentis hisce iam iam soluti, eti nihil probabilitatis de opinionibus eisdem innixis detractum velimus; nobis tamen probabilior nedum, sed et plane certa est S. Thomae sententia, Augustino subscriptoris, qui haec proferre maluit (9), « credendum est, quod locus Paradisi a cognitione hominum est remotissimus. » Cuius sententia auctores habuit Tertullianum (10), dicentem, Paradisum locum esse diuinae amoenitatis a notitia orbis communis segregatum; et Theodoretum (11) subscriptorem, Deum fecisse ignoros meatus fluminum Paradisi, vt amputaret superfluum hominum curiositatem.

Hinc quin argumenta etiam, quibus vel Paradiſum terrestrem extare defendit, vel e contrario oppugnat, fracta nobis, et aequo incerta sint, res quoque haec prorsus inexplorata habenda venit, neque definienda in partem alteram. Et quidem hoc nostrum iudicium sic comprobare pergitus. Qui persuasum habent, Paradiſum etiamnunc extare, illud praesertim usurpat, quod apud Ecclesiasticum cap. xlii. legitur: *Henoch placuit Deo et translatus est in Paradiſum, vt det gentibus poenitentiam*: quo illud cuicunque putant, extare hodie Paradiſum, quum eo translatus Henoch adseratur, inde venturus ad predicandam sub mundi fine gentibus poenitentiam. At quam est hoc argumentum infirmum! Fatalem et nos illuc vere Henochum translatum. Quid inde? Extabat tunc voluptatis hortus; verum, quum sexcentis circiter annis ante diluvium translatus Henoch adseratur, quidni quoque fieri potuit, vt tunc quidem extaret Paradiſus, subinde tamen diluvio superueniente perierit, atque idcirco in hanc vsque diem minime perdurari? Sed et illud dici poterit, Paradiſi nomine, in quem translatus Henoch fuit, non terrestrem Paradiſum intelligi, de quo controversia est, sed alterum quempiam locum amoenum mortalibus imperium significari. Nam hoc frequens in Scripturis est. Geneseos enim xiii. Regio

viii.

(9) Lib. VIII. de Gen. ad litt. cap. 7. (11) Quaest. xix. in Gen.

(10) In Apologetico cap. 47.

vniuersa Iordanis Domini Paradisus nuncupabatur, antequam Sodoma et Gomorrah subuerterentur. Legimus deinde in Canticis cap. iv. *emissiones tuae Paradisus malorum punicorum eet.*

Quare Chrysostomus et Theodoreetus incertum esse decernunt, in quem locum Henoch translatus a Deo fuerit, atque ubinam hodie ducat vitam. Immo Abbas Rupertus disserte scribit (12) : "nusquam Scriptura dat intelligere, quod illos (Henochum scilicet, et Heliam) Deus tulerit in ipsum Paradisum, vbi comedenter de ligno vitae; sed ita sublati sunt, vt in secretam quandam terrae Regionem ducerentur, vbi in magna carnis, et spiritus quiete vivuerent, quoque ad finem mundi redeant, et mortis debitum soluant."

Addendum his: primigenium textum graecum habere dumtaxat, *Henoch placuit Deo, et translatus est.* Vulgatus autem Interpres adiecit: *in Paradisum.*

Nec feliciter illi argumentantur ex Veterum Patrum testimoniis. Ut enim singulos persequamur, consulto seponendi primum sunt Iustinus, et Isidorus. Liber siquidem *quaestzionum ad Orthodoxos Iustino, et liber de obitu et vita Sanctorum Isidoro ab Eruditis* ab iudicantur. Quod itaque pondus, quaue fides esse potest testimoniorum, ex spuriis, incertisque libris excerptorum? Athanasii quidem et Hieronymi sententia est, adhuc horum permanere; at quum in eum, et latronem cum Christo Crucifixum, et Paulum Apostolum translatis fuisse censuerint, vt posterius hoc eorum placitum nemo probabile habeat, velitque iam adoptare; ita et prius.

Vnus reliquis Irenaeus est qui non modo expresse scribit (13), Henochum et Heliam in terrestrem Paradisum translatos, cœlestem ibi vitam agere, sed (quod notandum maxime) id ab Apostolorum discipulis traditum esse adtestatur.

Ceterum patrum et hoc testimonium vrget: sic enim ex Serryo respondere debemus, salua, quae tanto nomini debita est reverentia, fortassis traditionem illam, quam ab Apostolorum discipulis, quorum unus Papias fuit, habuisse ait (14), laborasse in aquitio, non secus ac illam, quam de iustis ceteris, quorum animae corporibus exutae in Paradiso diem iudicii extremi expectatae dicuntur, vt

Def

(12) Apud Chignoli Exercit. xv. de primo homine n. 19.

(14) Cap. v. et xxxi. lib. 5. adu. Haereses.

(13) Lib. v. aduersus Haereses cap. 5.

Dei aspectu fruantur, ibidem profert. Nomine enim Paradisi terrestris non illum quidem Apostolorum discipuli forte intelligere voluerunt, in quo Adam fuit, quantum ad Henochum adiinerit, et Helliam; sed alium quemcumque locum terrestrem, vbi Deo perfectissime vacantes, eique charitate iuncti, coelestem vitam agerent, nullis obnoxiam periculis, omnisque miseriae expertem, quem profecto primi parentes in horto voluptratis habuissent, nisi ab accepta iustitia excidissent. Hinc fieri potuit, vt Discipulorum dictum de duabus illis iustis Henoco et Helia, in alio prorsus sensu intelligendum, Irenaeus de ceteris iustis prolatum crediderit: inde intelligens, vt quemadmodum Prophetae illi usque ad extreum mundi tempus ibi vitam feliciter ducturi erant, ita et reliqui iusti pariter usque ad vniuersalij iudicij diem praemium essent expectaturi. Nondum siquidem ab Ecclesia error Millenariorum solemniter fuerat proscriptus; quum in Vniuersali Florentina Synodo sub Eugenio iv. celebrata contigerit: anno circiter 1439. qui post Irenaeum circiter 1260. fuit. Hoc dicere malumus cum Serryo, quam vel Irenaeum mendacem fuisse in huiusmodi traditione adserenda; quasi vero scripscerit, traditum ab Apostolorum Discipulis Paradisum supersitentem esse, quod traditum re ipsa non esset; vel vniuersalem Ecclesiam, in Spiritu Sancto congregatam errasse in damnanda doctrina ab Apostolorum Discipulis tradita; quorum primum temeritatis inexcusabilis piaculum foret, alterum impium nimis ac blasphemum.

At non melioribus ducuntur argumentis alii, vt paradisum iam-dum perisse, conficiant. Illis achilleum est, quod ex Gen. viii. petunt, nempe: "et aquae praevaluerunt nimis super terram, operatique sunt omnes montes excelsi sub vniuerso Coelo: quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat," cert.

Huic tamen, qui ex aduerso sunt Theologi, respondent, nec inepte; prouidentia scilicet divina factum esse, ne aquae tunc in hortum voluptratis irrumperent, eumque prorsus obruerent, ac delerent. Quid enim si generatim, atque indefinite Scriptura ait, terram omnem, omnesque sub Coelo montes aquis obrutros? Adhiberi ad eius verba exceptio aliqua, qua a voluptratis horto vniuersale illud aquarum diluvium remouetur, non absurde potest. Legimus siquidem eodem loco indefinite, et generatim: "consumptaque est omnis caro, quae mouebatur super terram: :: vniuersaque homines, et cuncta in quibus spiraculum vitae est in terra, mortua sunt: " ge-

ne-

nerale tamen illud hominum exitium Henoch euasit , qui adhuc vivere , et cum Helia in mundi fine creditur venturus . Quod si dixerint , illaesa Scripturae veritate Henochum ab interitu excipi , tametsi in Arca non esset , quoniam Scriptura vniuersos tantum homines consumptos dieit , qui carnalem vitam degebant , iuxta illud : *omnis caro corruperat viam suam* , e quorum numero Henochus non erat ; reponendum illis iure optimo erit , Scripturam terram vniuersam peccatricem diluvii aquis immersam adserere , quia forte terrestris paradisus computandus non esset : vnde par virisque difficultas remanet .

Sed varia illi miracula insuper excogitarunt , vt Henochum ab hac communi clade liberarent . Sublatum illum in aëris regionem multo aquis diluvii superiorem , totoque elutioinis tempore suspensum , sunt ex eis qui velint : inter medios aquarum gurgites , (Ionaem instar in ventre ceti) seruatum diuinus alii communiscentur : nonnulli in arcu Angelorum opera fabrefacta inclusum ariolantur : nec desunt qui in quodam Arcae Noëtice angulo illum collocent , nulli tamen aspectabilem .

Miracula hi innumera adcumulant , qui , ne miraculum commiscari videantur , Paradisum diluvii aquis immersum ac deletum volunt . Falluntur tamen in eo quod timent . Dandum ergo eis , vere id factum esse , diluvii nempe aquas terrestrem paradisum inuasisse : inde autem quid subinferunt ? Non superesse modo paradisum ? Nonne recedentibus aquis , et solis calore terra exsicata , potuit in priorem amoenitatem , fœcunditatemque regio illa restitui , quemadmodum et alias orbis terrarum partes in pristinum statum rediisse , ne dum Columba exemplum probat , sed et ratio ipsa ? Neque enim generale illud diluvium plantarum , herbarum , arborumque speciebus interitum adulit , sed earundem virtus radicibus haesit ; alioquin oportuisset , Deum nouas eiusmodi species creasse , quod nullus soe- mniauit .

Atque nec his tandem quiescunt . Aiunt insuper : quorsum Deus adeo operosam arcam fabricare Noë iussit , in qua haberet ipse cum familia sua , atque vniuersis animantium speciebus ab imminente roti terrae exitio praesidum ? Poterant siquidem in paradyso terrestri commodius haec seruari , quam futurus ille a communi inundatione intactus fuerit . Addunt : si hocce privilegio Paradisus donatus est ; cur a nemine in hanc vsque diem detegi potuit ?

Sed

Sed responsum hoc ex nobis sumant , quod ex Apostolo mutuimus ad Rom. xi. *Quis cognovit sensum Domini , aut quis consiliarius eius fuit ? Quam sint eius incomprehensibilia iudicia , et inuestigabiles viae , perperam homines eorum rationem exquirunt , in quibus una ratio facti est voluntas facientis .* Praeterea dici posset , Dei sapientiam non decuisse , mortales , aerumnosos ac peccatis obnoxios homines in locum inducere , innocentiae , felicitati , ac immortalitati consecratur ; qualis paradisus terrestris erat .

Ad id vero quod addunt , dicendum arbitramur , diuinæ Prouidentiae esse deputandum , quod nullus in hunc vsque diem adiuuerterit hortum illum ; seu quod inaccessis illum montibus cinxerit , seu intractabili aliquo mari sinu vallauerit ; seu loca quibus in Paradi- sum iter esset , imperia aestrū , vel frigore posuerit : seu quod unice dicendum erat , quia homines a tam stulto consilio artipiendo protestate sua dimoueat , quoniam ita vult .

Itaque id ultimo loco pronuntiandum , secundam quam adduximus propositionem verissimam ex omni parte esse , quatenus neutra opinioneum , quea circumferuntur adeo firmis nititur fundamentis , vt sustineri verior et probabilior oproposita queat ; neutra item ex Scripturis , vel ex Patribus aperte definiri .

## CAPVT XII.

*Philonis et Origenis errorem describit : caussas errandi memorat , ac disspellit .*

Ex Augustino didicimus , quot fuerint antiquissimis etiam diebus de terrestris Paradisi natura sententiae . Ait enim (1) : *non ignoro de Paradiso multis multa dixisse ; tres tamen de hac re quasi generales sunt sententiae . Vna eorum , qui tantummodo corporaliter Paradisum intelligi volunt . Alia eorum , qui spiritualiter tantum . Tertia eorum qui vtroque modo Paradisum accipiunt , alias corporaliter , alias spiritualiter .* Harum autem sententiarum tertiam amplectitur Augustinus , adeo vt Mosis narratio rerum vere ac proprie gestarum exposito sit , ita tamen vt significationem rerum occultarum , ac figuratarum confineat . Eandem amplectitur Iohannes Da-

Tom. II.

Cc

mas

(1) Lib. viii. de Gen. ad litt. cap. 1.

mascenus (2); atque vt verbo dicamus, hanc Catholici omnes amplexentur oportet: nam ad fidem spectat.

At secundae opinionis auctor et princeps est Philo Iudeus, a quo tamquam a fonte allegoricam explananda Scripturae rationem in Ecclesiam manasse, vere Photius scribit (3): hinc Origenes, ac omnis illa natio nihil praeter figuram, allegoriasque in Scripturis somniantur; qui verbi diuini maiestatem ad humani ingenii commenta, illeplida plerumque, et insulsa redegerunt. Quam ob causam reprehensum a Patribus antiquis Origenem scimus, vitio hoc ei potissimum vertentes; vt Methodius apud Epiphanius (4), et Epiphanius ipse in Ancorato sic scribens: „ita multi de Paradiso allegorice disputant, vt furiosus Origenes adumbrat nescio quam speciem pro veritate in mundum inuexit.“ Hieronymus deinde ad Pamachium scribens (5), inter octo Origenis errores hunc quinto loco memorat, quod „sic Paradisum allegoret, vt historiae auferat veritatem, pro Arboribus Angelos, pro fluminibus virtutes coelestes intelligens, totamque Paradi continentiam tropologica interpretatione subuertat.“ Origeniana autem Paradi interpretationis specimen offerunt, quae supersunt illius commentaria (6). Eum et alii postea sequuti sunt: nec defuit vnu Francisca Georgius Venetus, qui vetera illa Origenis deliria, postremis hisce temporibus reuocauit, vt Sixtus Senensis refert (7).

Quae tamen Origeni tam crassae aberrationis caussae? Praecipuum hanc fuisse nouimus, quod vt ei Vincentius Lirinensis expibrat (8), ingenio suo nimium indulgens . . . se plus cunctis sapere praesumens, ecclesiasticas traditiones et Veterum Magisteria contemnens, quaedam Scripturarum capita novo more fuerit interpretatus. Ab hac vero alia orta errandi causa est; quod nempe, plura sibi in Mosis narratione deprehendere visus est, quae ratio vetat proprie ac litteraliter accipere; queaque proinde mystice seu spiritualiter intelligenda sunt. Numquid Deus, alebat ille, agricola est, vt plantasse hortum voluptatis dicatur, floribus et arboribus vere consistit? Numquid sunt Deo manus, et pedes, vt vere, proprieque deambulasse illum in Paradiso ad auram post meridiem cogitemus? Numquid non allegoricae totae, praecipue etiam Paradisi arbo-

res,

(2) Cap. x. lib. 2.

(3) In Biblioth.

(4) Haeresi. LXIV.

(5) Episc. mihi xxviii.

(6) Hom. i. in Gen. et lib. 3. contr. Celsum.

(7) Lib. v. cap. 34.

(8) In Commonit. num. 17.

res, scilicet, lignum vitae, et arbor scientiae boni et mali? Nonne legimus Prouerb. iii: *Sapientiae lignum his qui apprehendunt illum;* et Apocalips. ii: *vincenti dabo edere de ligno vitae, quod est in Paradiso Dei mei?* Quod si Paradisus vere extitit, addebat ille, qui factum est, vt nulla eius mentio occurrat apud Geographos peritosim, vniuersaeque terrae diligentissimos scrutatores? Lucas ergo, subinferebat, mere spiritualis, et mysticus est; nec ab eo diuersus quem Christus in Cruce Latroni promisit Lucae xxii. dicens: *hodie mecum eris in Paradiso;* cuius et ii. ad Corinth. xi. Paulus meminit scribens, raptum se in Paradisum.

Haec vero quam frigida illa sunt, ac inepta, vt sensatum hominem, a communi Ecclesiae sententia dimouere potuerint, et ad absurdissimam trahere commentationem! Primum siquidem si teneret, negandum propter illud forer, de limo terrae plasmatum a Deo hominem, ab eodem fundamenta terrae appensa, abyssum certa lege, et giro vallatum; quea omnia in Prouerb. cap. viii. sunt scripta: ne scilicet, Deum Opt. Max., sigulum, aut caementarium, aut arquitectum animo, complectamur. Dicendum igitur, solo illo praepotente, et efficacissimo Dei voluntatis imperio, quo dixit, et facta omnia sunt, mandauit, et creata sunt, quoque plantatum voluptatis hortum, quum iussit: „germinet terra herbam virentem, et lignum poniterum . . . et factum est ita, et protulit terra herbam vi- rentem, lignumque faciens fructum,“ cet.

Secundae deinceps Origenis argumentationi respondent aliqui, Deum humana induunt specie, vel Angelum, qui Dei vices geret, in adsumpto corpore primis parentibus adparuisse: quo fit, vt sine erroris periculo litteraliter quea Moses narrat, interpretari possint.

Aptius tamen, nostro iudicio, illo ophanter, qui hanc Dei in Paradiso deambulationem metaphorice tantum intelligent et expounit. Neque enim ideo tota Paradis a Mose facta descriptio metaphorica est, non historica. Nam in historiis nonnulla quandoque admisceri, mystica ac spiritualiter solum accipienda, nemo vnu in lectione Scripturarum versatus ignorat. Exemplum cuique oblatum est in lib. iii. Reg. cap. 22. vbi verissimae olim gestae rei historiae ac descriptioni, nimurum, Regem Achab a Pseudo-Proferis Baal ad inferendum Syris bellum inflammatum fuisse, certaque victoriae promissione deceptum; admixtum aliquid legimus quod puram parabolam refert, habitum nempe a Deo tunc cum Angelis esse concilium;

quid ad fallendum , perdendumque Achab meditaretur , Satana exponente , iussoque cito egredi , arque quod proponerat perficere. Itaque nihil obest , quominus horti voluptatis a Mose data descrip-  
tio vere historica sit , tameris Dei in horto illo deambulatio spiritualem dumtaxat patiatur interpretationem.

Tertium soluit S. Thomas (9) his verbis : „lignum vitae est quae-  
dam materialis arbor sic dicta , quia virtutem habebat conseruandi vi-  
tam , sicut supra dictum est (10). Et tamen aliquid spirituale significa-  
bat ; sicut et petra in deserto fuit aliquid materiale , et tamen significa-  
uit Christum. Similiter etiam lignum scientiae boni et mali materialis ar-  
bor fuit , sic nominata proprie etenim futurum , qui post eius esum  
„homo per experimentum poenae didicit , quid interesset inter obe-  
dientiae bonum , et inobedientiae malum , et tamen spiritualiter po-  
nuit liberum arbitrium significare , vt quidam dicunt.« Responsio-  
nem istam desumpsit S. Thomas ex certissima , rectissimaque Au-  
gustini , quae et Catholice Ecclesiae est , regula in libris de Ciuitate Dei expressa (11) : „quae commode , inquit , dici possunt de  
„intelligendo spiritualiter paradiso , nullo prohibente , dicantur , dum  
„tamen et illius historiae fidelissima veritas rerum gestarum narra-  
„tione commendata credatur. « Iuxta quam regulam prosequitur : „ne-  
„mo itaque prohibet paradisum intelligere vitam Beatorum , qua-  
„tuor eius flumina quatuor virtutes , prudentiam , fortitudinem , tem-  
„perantiam atque iustitiam , ligna eius omnes viles disciplinas , li-  
„gnorum fructus mores piorum , lignum vitae ipsam bonorum om-  
„nium matrem sapientiam , lignum scientiae boni et mali transgres-  
„si mandati experimentum. Possunt haec etiam in Ecclesia intelli-  
„gi , vt ea melius accipiamus tamquam prophethica indica praece-  
„dencia futurorum , paradisum scilicet , Ecclesiam ipsam , sicut le-  
„gitur Cant. iii. quatuor flumina Paradisi quatuor Euangelia , ligna  
„fructifera Sanctos , fructus autem eorum bona opera , lignum vi-  
„tae Sanctum Sanctorum , utique Christum , lignum scientiae boni  
„et mali proprium voluntatis arbitrium.« Haec Augustinus.

In ultimo soliendo non est cur immoremur. Quod enim super-  
riori capite dicebamus , diuinae nempe Providentiae deputandum es-  
se , Paradisum usque in hodiernum diem ignotum omnibus esse , et

pro

(9) Prima Parte , quæst. cii. art. i.  
ad 4.

art. 4.

(10) Prima Parte , quæst. xvii.

(11) Lib. xiii. cap. 21.

pro Geographis quibuscumque , vel oculatissimis dictum volumus.

Verum quam praepostore hinc Origenes concludit , non alterius  
naturae Paradisum hunc fuisse , quam illum de quo Lucas et Paul-  
lus loquuntur ! Ergo Agar et Sara numquam vere exiterunt , nec  
vere nupserrunt Abrahac , quoniam Paulus idem ad Galatas scribens  
cap. iv. has duas foeminas , duo fuisse testamenta ait , vetus et no-  
num , Synagogam et Ecclesiam ; Ergo Sina quoque , et Sion ma-  
teriales non fuere montes ; neque Isaac et Ismael ab Abrahamo re-  
ipsa geniti ; quoniam Apostolus itidem scribit , haec esse per allego-  
riam dicta , et duo testamenta esse ? Concludat hoc pacto oportet  
contra ipsam rerum gestarum veritatem. Sed piger iam in hoc com-  
mento Origeniano refellendo diutius immorari.

### CAP V T XIII.

*Agitur de mandato primo homini a Deo posito. Transgressionis  
causa et peccatum declarantur.*

Mandatum primo homini latum de non comedendo  
fructu designatae arboris aquissimum fuit.

Vero ac naturali serpente vt instrumento vsus Diabo-  
lus fuit , vt mulierem adloqueretur , primum pec-  
catum suadens.

Fuere in protoparentum culpa deformitates plurimae:  
prima tamen ceterarumque radix superbia.

A<sup>c</sup> harum propositionum prima non aliam probationem desiderare  
posse videtur , quam nudam rei gestae , eisdem quibus a Mose de-  
scripta est verbis , narrationem. Quandoquidem Deus iustus est , qui  
legem tulit , mandatumque de fructu non comedendo posuit. Sed va-  
rias Patres adsignant causas , quibus praecepti lati aequitas plenus  
dignoscatur. Presse eas adtingere haud erit inofficiosum. Theophili  
lus Antiochenus (1) caussam his verbis adfert : „nihil enim in ve-  
nitio illo fructu fuisse referit praeter cognitionem. Esse vero cogni-  
tio-

(1) In it. ad Antolycum.